Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et persequet amatores suos. nec eos apprehendet. et requret eos
nec inueniet illos et dicet Ibo et reuertar ad uirum meum primum.
quia bonum mihi tunc fuit quam nunc. Deinde ne putent illa quae seduc
tores habent integra. Et uirtutis doctrina uenientia
per quae seducunt ad falsitatem dogmatum et dissensionum suarum.
ne illa quae habent integra ipsaque putent. addit et tertio. Et
hec non cognouit. quod ego ei dederim frumentum et uinum et oleum. et
pecunias multiplicauit illi. ipsa uero fecit aurea et argentea ba
al. Dicit enim superius ibo post amatores meos. qui mihi dant panes
meos et cetera. non intelligens hec dii eorum hominum quecumque
eius seductores integra et legitima tenent. nec ea sibi et sua
arrogarent. et quasi propria uendicarent. non a plebibus seduc
tis uicissim seducentibus. cum eis credunt et tales honores defe
runt. ut per eos habeant potestatem talia dicendi. et sibi ta
lia uendicandi. ut error eorum uertitur appellentur. et scelus eorum
iustitia putentur propter sacramenta et scripturas quas tenent. ad
speciem non ad salutem. Idcoque et per elechiele ecce fornicarie
dicit. Et sumpsisti de uestimentis tuis de auro meo. et de argento
meo. ecce quibus dedi tibi. et fecisti tibi imagines masculinas. et
fornicata es in eis. et accepisti uestem meam uersicoloriam.
et cooperuisti idola tua. et oleum meum et incensum meum im
posuisti ante faciem idolorum tuorum. et in odorem bonum olentem. et
fecisti hec ad imagines enim fantasmatum suarum cum quibus
uoluptari delectatur carnalis anima cuncta omnia sacramenta